

Sigismundus primus rex Poloniae
archiepiscopo Strigoniensi.

Rediens isthinc ad nos reverendissimus do-
minus Andreas Cicius episcopus Premisli-
ensis, narravit nobis quam consistat istic
bona spes in consilio et auctoritate vestra
paternitatis, quantanque illa erga nos pro-
pensionem animi, et fidem exhibeat, osten-
dit et notulas quasdam ad ea que oportu-
na fuerint secretius ultro utroque scriben-
da. Nos qui plurimum solliciti sumus
de statu severissimi nepotis nostri et re-
gnorum suorum, gavisi sumus eius maie-
statem talem consiliarium, et nos amicum
habere, qui et velit et possit labentibus rei-
bus quam optimè consultum iri, nobisque
idem agentibus pro virili adesse. Rogamus
itaque vestram paternitatem omni studio,
ut eam mentem et benevolentiam in nos
perpetuò retinere velit, quodque ob bonum
statum regis et patrie suae, unà cum ali-
is fidelibus aggressa est, diligenter et ma-
ture, exequi curet. Cui nos ulla in par-
te nolumus deesse.

Potent autem semper et tuto omnia
ipsi domino episcopo Premisliensi scribere, que
oportuna fuerint, qui et adent semper nobis,
et vicissim que ex nobis vestra paternitas

desiderat

desiderabit, vel nos significari illi volueris
mus, ipse perscribet. Valeat feliciter vestra
paternitas et nos Diligat.